



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. II. De Desponsatione impuberum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

non potest regulariter, & ordinariè, per se loquendo, dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonij etiam Ecclesiasticis: potest tamen dispensare in extraordinario casu magnæ necessitatis, in impedimentis dirimentibus, concurrentibus certis conditionibus, n. 170. *Quæ. 2.* Quæ sint iustæ causæ dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimonij? *Resp.* tres præcipuæ posita n. 171. *Quæ. 3.* Quando ob taciturnitatem veritatis, vel expressiōnem falsitatis in petitione dispensationis, ea sit subreptitia, & invalida? *Resp.* quando in petitione dispensationis tacetur vera causa, aut circumstantia, quam Jura jubent exprimi, vel quando veritas tacita, vel falsitas expressa pertinet ad causam finalem, ita ut eâ veritate expressâ, vel falsitate non expressâ, dispensatio vel omnino concessa non fuisset, vel non tali modo, tunc dispensatio est nulla: quando verò non tacetur aliquid, quod jus jubet exprimi, & veritas tacita, vel falsitas expressa tantum versatur circa causam impulsivam, sine qua nihilominus dispensatio concessa fuisset, licet difficilius, non redditur dispensatio subreptitia, & invalida, n. 172.

SECTIO VII. De mutua conjugum obligatione, quoad cohabitationem, alimentorum præstationem, & de obligatione conjugum ad debitum conjugale.

§. I. An teneantur conjuges simul cohabitare, & mutuo sibi præstare alimenta, & quæ sit obligatio conjugum ad alendos, & educandos filios?

ASSERTIO I. Conjuges tenentur simul habitare, non tantum in eadem domo, sed etiam communi mensâ, eodémque toro utentes, saltem ut plurimum, quamvis mutuo consensu quoad torum separari possint, n. 173. Hinc inferitur 1. uxorem teneri sequi virum mutantem domicilium, cum vir sit caput mulieris, & quando uxor non teneatur sequi virum? n. 174. Inferitur 2. Quamvis ad longum tempus non possit, uxore invitâ, vir discedere, sine iusta causâ, potest tamen vir, etiam sine uxoris consensu, brevem peregrinationem instituere. 3. Uxor tenetur in ijs, quæ ad familiæ administrationem pertinent, obedire præceptis mariti. 4. marito etiam permissum est uxorem delinquentem castigare, moderatè tamen, cit. n. 174. Aff. 2. Vir quoque tenetur alere uxorem, & familiam, quia ideo etiam finctus dotis accipit. Item quibus casibus vir non teneatur alere uxorem? n. 175. Aff. 3. Uterque parens tenetur ad filios ex se natos sustentandos, & honestè, ac piè educandos; primaria tamen cura alendi filios ad patrem spectat. In defectum patris, si is pauper sit, avus paternus prolem alere cogitur, deficiente autem matre, avus, alique ascendentes materni, n. 176. Jure Canonico parentes quibuscunque filijs, etiam illegitimis alimenta præbere debent, c. Cum haberet. §. De eo, qui duxit &c. à quo correctum est Jus Civile prohibens alimenta præstari spurij, num. 177.

§. II. De obligatione mutua conjugum ad usum, seu actum conjugalem.

Quæ. 1. An actus conjugalis sit licitus, & sub præcepto? *Resp.* per se, ac naturâ suâ, est licitus, &

honestus, n. 178. Petitio verò debiti conjugalis accepta per se nunquam est sub præcepto, ita ut teneatur reddere conjugi debitum ex iustitia, & sub mortali, quoties alter debet, & conveniens expressè, vel tacitè, seu interpretativè, n. 179. 2. An, & quomodo actus conjugalis reddatur, ratione dubij de valore matrimonij? *Resp.* *Ad* dubium de valore matrimonij ob suspensionem impedimenti, ortum sit, ante contrahendum, illud contrahi non potest, nec debet, si quis malâ fide contraxit matrimonium, & de ejus valore, non potest debitum conjugale etiam reddere teneatur alteri, qui bonâ fide n. 180. *Resp. 2.* Si post matrimonium utriusque conjugis contractum, uni superest dubium de valore illius, is tenetur reddere debiti conjugi non dubitanti: non potest tamen antequam adhibuerit sufficientem diligenter veritatem cognoscendam, quâ adhibita adhuc dubium, potest etiam petere, n. 181. confirmatur, & declaratur n. 182. Deducitur corollaria, n. 183.

SERIES CAPITULORUM

IN ANTIQVIS.

c. 1. n. 88. & 89.	c. 19. n. 131.
c. 2. n. 42. & seqq.	c. 20. n. 108.
c. 3. n. 31. & seq.	c. 21. n. 112.
c. 4. n. 33. & seq.	c. 22. n. 44.
c. 5. n. 47. & seq.	c. 23. n. 11.
c. 6. n. 109.	c. 24. n. 10.
c. 7. n. 84. & seq.	c. 25. n. 12.
c. 8. n. 34.	c. 26. n. 95.
c. 9. n. 86. & seq.	c. 27. n. 131.
c. 10. n. 17. & seq.	c. 28. n. 114.
c. 11. n. 93. & seq.	c. 29. n. 22.
c. 12. n. 153. & seq.	c. 30. n. 27.
c. 13. n. 110. & seq.	c. 31. n. 58.
c. 14. n. 98.	c. 32. & seq.
c. 15. n. 102.	n. 29. & seq.
c. 16. n. 52. & seq.	IN S.
c. 17. n. 19. & seq.	c. univ. n. 31.
c. 18. n. 158. & seq.	& 3. seqq.

TITVLVS II.

DE DESPONSATIONE IMPUBERIS.

§. I. Quæ ætas requiratur ad sponsalia?

Ad contrahenda sponsalia de futuro septem anni completi, tam in maribus, quam in feminis, c. Litteras. 4. h. t. Nam si pubes, & septennio contrahat sponsalia cum puella septennio, non oritur ex illis impedimentum honestatis, ideoque potest accipere maritum in uxorem: sed si pubes, vel major septennio quam puella complevit septennium, & duxit in uxorem, eamque carnaliter cognovit, tenet matrimonium, sed sunt separanda sponsalia requiritur septennium completum, septennies contrahant sponsalia, sed uterque usum rationis nondum habeat, sponsalia invalida, cit. n. 2. Item ut sponsalia impuberis

lida, necessarium est, ut septennium sit omnino completum; sufficit autem, quod ultima dies septennij sit incepta, etsi non sit completa, *n. eod.* Similiter quando Titius v. g. sponsalia de futuro contrahit cum aliqua puella, quæ non complevit septem annos, si postea completò septennio, puella in eum non vult consentire, Titius potest accipere matrem puellæ in uxorem, præsertim si tali desponsatione ab Episcopo fuit absolutus. Secus est, si Titius contrahat sponsalia cum puella, quæ septem annos jam complevit, tum enim licet puella nolit consentire in eum, & ita ipso jure sit absolutus, non potest accipere matrem puellæ in uxorem, *c. Accessit. 5. h. t. n. 3.* Hinc patet, quod ex sponsalibus de futuro initis cum puella minore septennio non oritur impedimentum publicæ honestatis, oritur autem ex sponsalibus initis cum puella post septennium completum, licet illa postea dissoluta fuerint, *n. 4.*

§. II. An sponsalia ab impuberibus contracta dissolvantur per solum dissensum alterius, postquam pubes factus est.

ASSERTIO I. Si duo impuberes, mas & femina sponsalia contrahant, neuter potest ante pubertatem resiliire: post pubertatem tamen uterque potest, *c. De illis. 7. h. t. n. 5. & 6.* Id verò intelligendum est, 1. de sponsalibus impuberum septennio majoribus, non de solis infantium sponsalibus. 2. impubes factus pubes potest resiliire à sponsalibus, si statim pubertatem adeptus resiliat, alioquin postea non poterit, sed censetur tacite consentire. 3. hæc potestas resiliendi à sponsalibus concessa impuberibus, post adeptam pubertatem, non tantum habet locum in foro externo, sed etiam in interno conscientie, *n. 7.* Ass. 2. Probabilius est, sponsalia impuberum confirmari juramento, ut neutri liceat pubertatem adeptus resiliire, *c. Ex litteris. 10. de sponsal.* dummodo talia sponsalia juramento firmata sint ab impuberibus doli capacibus, sive proximis pubertati, *n. 8.* Ass. 3. Sicut à veris sponsalibus non est licitum resiliire, ante pubertatem, ita nec à præsumptis, si impuberes contrahant per verba de præsentibus. Unde sicut impuberes contrahentes sponsalia nequeunt ab eis resiliire, ante pubertatem; ita qui intendunt sponsalia, sive matrimonium contrahere per verba de præsentibus, ante annos nobiles, nequeunt ab eis recedere, nisi carnalis copula intervenierit, quod interdum contingere potest ante pubertatem, per quam consummatur matrimonium, *c. A nobis. 8. h. t. n. 9. & 10.*

§. III. Utrum sponsalia inter impuberes, vel inter impuberem, & puberem inita sint valida, vel nulla, & quâ ratione convalescant?

Si duo infantes inter se, vel unus major septennio, & alter minor contrahant sponsalia, ipsi, vel parentes pro ipsis, ea sunt nulla, & quamvis deinde veniant ad septennium, non convalescunt, nec inducunt impedimentum publicæ honestatis, nisi septennio exacto, de novo consentiant expressè, vel tacite, veluti verbo, vel facto, aut cohabitatione, *c. Si infantes, unic. in princ. h. t. in 6. n. 11.* Est autem verius, quod etiam in sponsalibus malitia suppleat ætatem, ita ut valeant sponsalia etiam ante septennium contracta, si tunc contrahentes jam sint prædicti

Tomus IV.

discretionem, & usu rationis, *n. 12.* Præterea in *cir. c. un. §. Idem quoque. h. t. in 6.* statuitur, quod sponsalia per verba de præsentibus contracta inter impuberem, & puberem, vel duos impuberes, non tamen proximos pubertati, valent ut sponsalia de futuro, nec adveniente pubertate, in matrimonium transiunt, nisi per carnis copulam subsecutam, vel alio modo contrahentes in eadem voluntate perseverare ulque ad pubertatem evidenter constiterit, inducunt tamen publicam honestatem, *n. 13.* Idque declaratur *n. 14.* Denique in eodem *c. un. §. fin. h. t. in 6.* additur, sponsalia pro præsentibus filiis, & tacentibus per parentes contracta valida sunt, & ex eis oritur publicæ honestatis iustitia. Sponsalia verò pro absentibus, & ignorantibus filiis per parentes contracta non tenent, nec ex eis confurgit publicæ honestatis iustitia, nisi ea expressè, vel tacite ex post facto approbaverint, *n. 15. & 16.* Id verò specialiter statutum est de parentibus, si pro filiis præsentibus, & tacentibus, sponsalia, vel matrimonium contrahant, nam si alii id faciant, requiritur aliud signum exprimens internum consensum, ut valeant talia sponsalia, vel matrimonium, *cir. n. 16. in fine.*

§. IV. An, & quatenus filii impuberes ex sponsalibus pro se per patrem contractis, obligentur?

Pater pro filio adulto, id est, pubere, nec matrimonium, nec sponsalia contrahere potest, nisi filius consentiat expressè, vel tacite, verbo, vel facto. At verò pro filio nondum adulto, hoc est, infante, vel minore septennio pater potest sponsalia contrahere, nam matrimonium hic accipitur pro sponsalibus de futuro, per quæ ad matrimonium pervenitur, *c. 1. h. t. n. 17.* Sponsalia contracta à patre pro filio adulto, seu pubere, & pro infante, seu minore septennio, in eo conveniunt, quod utraque non valent, quia pro pubere non valent, nisi is consentiat: nec pro infante contracta valent, quia durante hoc tempore, non potest infans consentire: & in eo differunt, quod priora pro pubere contracta nunquam valent, sine illius consensu: posteriora verò pro infante contracta à patre usque ad septennium non valent: post septennium verò sponsalia convalescunt, si ab eo approbentur, *n. 18.* Filius, cum pubes factus est, tenetur saltem ex debito honestatis, patris factum, sive sponsonem approbare, nisi iustam causam reclamandi habeat, *n. 19.*

§. V. De variis casibus occurrentibus circa desponsationes impuberum inter se, & puberum cum impuberibus, an, & quâ ratione huiusmodi desponsationes valeant, aut obligent?

Major, sive pubes contrahens sponsalia cum minore, seu impubere, tenetur hunc expectare, donec pubes fiat, nisi major, sive pubes gravi metu coactus contraxerit cum minore, seu impubere, tunc enim non tenetur expectare, sed potest ad alias nuptias transire, *c. Ex litteris. 11. h. t. n. 20. & 21.* Secundò si puella impubes desponsata fuit, & traducta in domum viri, eaque pubes facta petat licentiam nubendi alteri, non audienda est, si vir juret, se illam carnaliter cognovisse, quia tunc erant sponsalia de futuro inita, quæ per carnalem copulam transeunt in matrimonium; creditur autem in tali casu potius viro, quam mulieri neganti, nisi hæc plenè contrarium

D d

rium probaverit, c. *Continebatur*. 6. h. t. n. 22. & 23. Juramento viri dicentis se copulam habuisse cum impubere non est standum; declaratur *cit. num.* 23. Tertiò si contractum est matrimonium ab aliquo ante pubertatem, etiam cum nifu ad carnalem copulam, illud non est validum, nisi mulier per idoneos testes probaverit, quòd juvenis ille ante finem anni XIV. in eam consenserit, juramento ab ipso recepto, quòd postquam ad legitimam ætatem pervenit, illam uxorem habere noluerit, tunc enim ab impetitione mulieris est liberandus, & potest uterque ad alias nuptias transire, c. *Attestationes*. 10. h. t. n. 24. & declaratur n. 25.

§. VI. *Proponuntur, & explicantur alia Capitula hujus Tituli, in quibus agitur de desponsationibus impuberum.*

Præterea quartò sponsalia contracta cum minore septennio per mutuam cohabitationem post septennium convalescunt, & inducunt publicæ honestatis justitiam, dissolvuntur tamen per matrimonium de præsentì initum priora sponsalia ante pubertatem contracta. Quòd si constet, quòd vir mulierem cognoverit, neutri, vivente altero, licet aliud matrimonium inire propter delictum utriusque. Item qui sine judicio Ecclesiæ uxorem dimittit, puniendus est, c. *Duo pueri*. 12. h. t. n. 26. & 27. Quintò matrimonium, vel sponsalia, quæ nondum sunt, ut si cum minore septennio contrahantur, accusari non possunt, potest tamen denunciari impedimentum v. g. consanguinitatis, ne contrahatur matrimonium, & si interim aliquid attentatum fuerit in præjudicium puellæ, id est irritum, c. *Ad dissolvendum*. 13. h. t. n. 28. & declaratur n. 29. Sextò denique si contrahatur matrimonium de præsentì, & puella non sit in ætate nubili, nec malitia suppleat ætatem, licet vir ei dederit arrham, non est matrimonium contractum, sed sponsalia solum de futuro, c. *Tux*. 14. & ult. h. t. n. 30. & 31.

§. VII. *De ætate requisita ad matrimonium, & de pubertate, & quando malitia suppleat ætatem?*

Quæ. I. Quæ ætas requiratur ad matrimonium contrahendum? Resp. ætas legitima ad contrahendum matrimonium est pubertas, sive annus XIV. in masculo, & XII. in fœmina, nisi adsit aliqua urgentissima causa, ut pro bono pacis, c. *Ubi non est*. 2. h. t. n. 32. Duplex est expositio, *cit. c. 2.* I. Quòd hic prohibeantur sponsalia de futuro ante septennium, imò etiam post illud, ante pubertatem, n. 33. Altera, & verior expositio est, quòd in eo prohibeatur tantum conjunctio matrimonialis, ne scilicet matrimonium contrahant, siambo, vel alter nondum pervenit ad ætatem legitimam, seu pubertatem completam, sine causa urgentissima: potest tamen Episcopus dispensare, ut impubes matrimonio copulentur, & ad illum spectat cognitio, an adsit causa justa, *cit. n. 33.* Quæ. 2. Qui dicuntur, & sunt puberes, quoad matrimonium contrahendum? Resp. puberes, seu apti ad matrimonium dicuntur, & sunt, qui ex habitu corporis pubertatem ostendunt, & generare possunt, & puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt, c. *Puberes*. 3. h. t. n. 34. In matrimonio contrahendo non debet spectari præcisè tempus annorum, sed an contrahens sit talis, qui generare,

vel concipere possit, & tunc præsumitur legitimis ad copulam, & ad consensum conjugum standum: imò etiam ante pubertatem matrimonium est validum, si adsit potentia generandi, & discretio rationis. In dubio ante pubertatem, nec mas, nec fœmina præsumuntur copulati, c. 35. Matrimonium contractum à pubere, & nondum possit cum fœmina carnaliter copulari, nec generare, nihilominus est validum, c. 36. Quomodo, & quando malitia suppleat ætatem, quoad contrahendum matrimonium? Respondetur, si malitia suppleat ætatem, nisi viri tercedat, c. *De illis*. 9. h. t. n. 36. Nomen autem communiter intelligitur non tantummodo ad copulam conjugalem, seu potentiam generandi, sed etiam prudentia, sive discretio, & iudicium ad cognoscendum statum conjugalem, & violentia in quacunque ætate incaluit matrimonium ipso jure nullum, *cit. n. 37.*

SERIES CAPITULORUM

IN ANTIQUIS.	c. 10. n. 24.
c. 1. n. 17. & 2. seqq.	c. 11. n. 20.
c. 2. n. 32. & seq.	c. 12. n. 26.
c. 3. n. 34. & seq.	c. 13. n. 28.
c. 4. n. 1.	c. 14. & ult. n. 31.
c. 5. n. 3. & 4.	In Synodo.
c. 6. n. 22. & seq.	c. un. in præfatione.
c. 7. n. 5. & 3. seqq.	c. Idem q. 3. seqq.
c. 8. n. 9.	c. seq. §. 1. n. 37.
c. 9. n. 36. & seq.	c. seq.

TITVLVS III DE CLANDESTINIS desponsatione.

Nomen desponsationis hic sumitur in matrimonium, quamvis aliàs propriè hoc nomen intelligatur sponsalia de futuro. Nomen verò clandestinum dicitur, quòd clauditur, idque dupliciter, vel nullis testibus, vel quia nullis præmissis denunciatum contractum. Dicitur etiam clandestinum, quando contrahitur matrimonium sine solemnitatibus jure requisitis, quòd rectè nomen minus solemne vocatur, & huc non in n. 1.

§. I. *An matrimonia clandestina iure antiquo fuerint prohibita, sed etiam invalida, & tione potuerint iure novo ab Ecclesia*

ASSERTIO I. Matrimonia claustra & testibus, contracta semper quidem fuerunt clandestina graviter prohibita, & mortaliter peccata ante Concilium Tridentinum fuerunt, & tamen plures casus, in quibus ante Concilium etiam, ubi Decretum illud non est, potest contrahi matrimonium etiam testibus, quorum quinque hic enumerantur. Aff. 2. Jure novo Concilii Tridentini de ref. matr. matrimonia clam inita, sine testibus, declarantur penitus nulla, & irrita, etiam exprimuntur causæ, ob quas hujusmodi